29/III

Feria Quarta post Dominicam Ramis Palmarum Quadragesimalem proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Tertio. Popiel Wyszoczanski Debet.

61

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneal. Premyslien. Nobilis Theodorus Popiel Kolochub sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusvis proprijs exemptus, et recedendo a Iure Vero Castrensi Capitaneali Premyslien. Iurisdictioni quoad actum huno attinet se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam, libere, publice ac per expressum recognovit: Quia ipse Nobili Demetrio Wyszoczanski Diakowiat eiusque posteris Summam Quinquaginta florenorum Polonicalium monetae et numeri in Regno currentis quemlibet florenum grossis triginta Polonicalibus computando et numerando certi veri iusti et liquidi debiti mutuatoque apud ipsum per se Recognoscentem pecuniis tenetur atque debet. Quam quidem Summam supra scriptam Quinquaginta florenorum Polonicalium Idem supra scriptus Recognoscens Nobilis Theodorus Popiel se suosque successores in et super bonis suis generaliter omnibus haereditarijs et obligatorijs mobilibus et immobilibus Summisque pecuniarijs quibusvis habitis et habendis supra scripto Nobili Demetrio Wyszoczanski Diakowiat Creditori suo eiusque posteris primo et ad actum praesentem primo die et Festo Conversionis Sancti Pauli Apostoli in Anno proxime et immediate Venturo Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Quarto. solvendum et realiter enumerandum ac coram Officio praesenti reponendum et rehabendum repositamque et solutam rursus ab eodem Officio non expedienti sunt nec arestandum Vel quovis alio modo solutionem Summae eiusdem praepediendum et impugnandum inscribit et obligat praesentibus, Idque sub Vadio Similis

Summae

Summa Quinquaginta florenorum Polonicorum per eundem Recognoscentem sive eius po-
steros supra nominato Creditori suo vel eius successoribus ob non solutio-
nem Summae supra scriptae pro tempore et loco superius expresso ad solvendum
Succumbendo. Pro quo quidem vadio modo praemisso ad solvendum succumbendo
ac pro re aliqua Principali ex praemissis non completa complenda Summaque
ipsa Principali non soluta solvenda Generoso ... memorato Recognoscens
Dno Theodoro Popiel Kolodius sive eius successoribus, Ad Instantiam Generosi
Dni Demetrii Wyszoczanski Piotrowiat Creditoris sui vel eius posterorum,
Acta Officii praesentis Castrensis Capitanealis Premisliensis Ex hinc recessu supra ...
pro ... ad respondendum spectat mediante semper in Primo citationis Termino
... peremptorio stare sui parere respondere Vadium ... solvere in ...
... facere ac omnia Judicia ... debite et ... ac ... successores
ad eadem omnia ... et obligat praesentibus. Alium Terminum primum peremptorium
primo ... et alios omnes ex inde consequentes ... eundem Terminos semper peremptorios
primos vel infirmitate pro maiori ... successoris legatione ... extra
hoc Regnum ... ad ... vel alijs quibusvis
dillationibus, et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem ...
... Officii ... Castren. Capitan. Premislien. Terminos dillationes
sibi non recipiendo nullasque motiones appellationes ac earum prosecutiones faciendo
ac praemissa omnia scriptis ... vel ... suspensionibus
... iuris ... bello ... ac alijs omnibus iuris
remedijs et defensis non subterfugiendo nec modo quovis alio evadendo, Hac
sua ... personali Recognitione ad praemissa omnia mediante

Wyszoczanski Consorte sua statuet Popielowi ad abrenunciationem

13

Comparens personaliter Coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premi-
sliensibus Generosus Dnus Demetrius Wyszoczanski Piotrowiat, sanus mente et corpore existens
a Terminis ... suis quibusvis proprijs et compe-
tentibus recedendo praesenti vero Castrensi Capitaneali Premisliensi Jurisdictioni